



## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romae, 1866**

Caput II. Aginnenses fugientem cum corpore sanctæ Fidis Arinisdum  
frustra insequuntur: factum Figiaci miraculum: corpus ad Conchense  
monasterium perfertur: magnus ad illud concursus: tentata frustra ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73889)

A dicantur, cum tamen cœnobium in loci editi declivitate exstructum sit, cujus radices rivulus Dordunus subluit, et eo forte sensu alter anonymus utitur voce suspensio, quo et nunc adhibetur vox Gallica pente.

m Vide Annotata pag. 293 lit. o.

n Vide rursus Annotata pag. 293 lit. o et lit. q.

o Nihil hic de admonitione Conchensibus in somnis facta, de qua alter anonymus num. k.

p Consule rursus Annotata pag. 293 lit. s.

q Universim ecclesiæ Monasteria olim dicta, eaque præsertim, quarum presbyteri communi utebantur domicilio, uti a clericis hujus ecclesiæ fiebat.

r Thesaurum neutro genere usurpant etiam Alcuinus Epist. 49 et Poëmate 105, Folcardus lib. 1 Miracul. S. Bertini cap. 8, et alii scriptores ævi mediæ, inquit Cangius in Lexico.

s Vide Annotata pag. 293 lit. t.

t Polyandrum seu Polyandrium, Latine cœmeterium seu tumulum mortuorum sonat. At interdum et sæpius apud ævi inferioris scriptores (uti hoc loco) sumitur pro monumento aut sepulchro unius hominis; ita Cangius in Lexico, apud quem plura vide.

## CAPUT II.

**Aginnenses fugientem cum corpore sanctæ Fidis Arinisdum frustra insequuntur: factum Figiaci miraculum: corpus ad Conchense monasterium perfertur: magnus ad illud concursus: tentata frustra totius corporis translatio: S. Fidis elogium.**

Arinisdum cum corpore S. Fidis fugientem.

C Posthæc scilicet nulli quieti deditus, noctis silentium præstolans, advocatoque itineris socio, recidivo tramite ad patriam læto animo cum munere deficio veloci cursu tetenderunt. Crastino autem die illucescente, dum custos requisitus abfuisset, et monumentum visitatum, vacuum corpore foret, et tam pretioso thesauro careret, facto etiam tumultu permaximo in plebe, omnes obstupefacti concurrentes, casumque rei in alterutrum sciscitantes, quem raptim, ut in ardua re fieri solet, fama vulgo dilatavit, et cuncto populo regionis illius notum fecit. Ad sepulchrum ergo Virginis universa civitas conveniens sacrasque reliquias non reprensens, immoderato dolore cordis omnis ætas intrinsecus tacta, ita ut nulla solamina tantæ mœstitiæ in animis eorum sederent; sed quamvis tanto mœrore sui infortunii coacti, tamen non immemores faciundæ rei, quosdam ex equestri ordine commilitones ad iter præparaverunt, qui terga fugientium, illud secretum sacrosanctum ferentium, celeri prope ratione insequerentur.

13 Multis enim opprobriis omnis ejusdem loci clerus hanc culpam sibi met non minus im-

properabat, quam a cætero populo illis insultabatur, quod alienigenam, ex longinquo terrarum intervallo supervenientem, sibi præficerint, et tot indigenis, ad hoc ministerium aptis, posthabitis, eum præferrent. Post infinitas autem verborum ambages, et plurimas lamentationes inito consilio, unanimiter conspiravere, ut, si sors fugitivos reduces daret, aut patibulo suspenderent, aut oculorum lumine extinguerentur. Missis itaque exploratoribus validis per viam, quæ ducit ab Agenno in partes Conchacenses, Dei clementia pro defensione servorum suorum, ne totale exitium incurrerent, volente, relicta ab ipsis insequentibus recta itineris linea, flumineque Garonnæ naviter quoque transmissa, ad fines Wasconia a regionis festinanter transiere. Hi equidem nutu Dei tam immensa cordis ignorantia dediti fuere, ut, sicuti feroci animo in aufugientes appropriando irruere æstimavere, ita ab eis retrogrado tramite recedendo sese elongavere.

14 Postquam autem in se reversi, illusosque se a transitu sinistro et in vanum laborasse noverunt, nimia mœstitia perturbati Agennum repedavere, et qualiter eis in via acciderit, per ordinem recitaverunt; habitatores namque urbis, rursus super hoc casu commoti, iterato itinere post fuga lapsos indagantes direxerunt, si forte concitato sonipede moram, quam prius fecerant, complere ullo conamine prævalerent. Qui sane, dum improba agilitate itinera agent, quadam illucescente die contulit utrosque inopia fortuna in loco, ALBENCA b proprio vocabulo nuncupato. Ibidem sacri corporis vectorem, cum socio sub frondoso residentem arboris tegmine causa respirationis, reperere. Ipsi enimvero, quamvis infixa oculorum acie enim eum intuerentur, ita tamen mira Dei fortitudo affuit c, quem non modo compatriotam, quin etiam civem atque clientulum indies domi conspexerant, et cui dietim consermocinaverant, quasi videntibus oculis excæcati, neque statura eum inspiciendo, neque vocis proprietatem audiendo agnoverunt.

15 Is ergo, dum tamquam extraneus attentius rogaretur, si talis formæ homo, uti sibi notificaverant, ei visus fuisset, se prorsus nusquam talem aliquem vidisse, verbis mendosis fidem eis fecerat. De hac nempe interrogatione idem vir Dei nimio timore perterritus oppido se fessum, supra id, quod fuit, fingens, fatigata membra veluti pro quiete, ob hoc, ne dignoscerentur, humo prostravit, et vultum ad terram convertit, ac, consodali relicto, solitarius per Caturcenses d fines cum sacris reliquiis iter carpsit. Perfugæ \* autem Caturcum urbem intrantes, unius diei sub spatio ibi manserunt, omnibus modis hujus rei vestigia perspicaci industria investigantes, si fortuito aliqua indagatio illis occurreret, quæ notitiam desideratæ rei inferret, quatenus quam viam insisterent, vel quo perquirendo tenderent, non ignorarent. Postremo igitur scrutando, se frustra elaborare sentientes, quid agendum in hac re ambigua foret, solliciti conjicientes, tandem super omnia Agennum recidivare proficiuosius intra se dicentes elegerunt. Revertamur ergo, forsitan, ut creditur, licitum sibi pro Virginis meritis abire non est, quæ nobis abstuli et \* aliorum transferri non patitur. Eo videlicet pacto remeantes, et cum aliter, quam sperarent, propositam eorum proveniret, saltem in omni exquisitione

AUCTORE ANONYMO. Aginnenses equites insequuntur, at contraria via.

a

ac dein alii eum assecuti non agnoscunt; E

\* au inopinata? b

c

qui proin, re infecta, Aginnum reverti coguntur; F

d \* i. e. persecutores

\* I. quam nobis abstulit, et quæ

AUCTORE  
ANONYMO.  
dum interim  
Arinidus  
ster suum  
prosequens,

tionem et spe sua frustrati domum pervenerunt.

16 Optimates quoque Aginenses, cum rumor tam inauditus, ab advenientibus missis relatus, suis intonaret auribus, quod sanctæ Martyris corpus ulterius non recuperarent, post hanc molestissimam jacturam sibi nil utilius censuere, quam calamitatis suæ casum silentio tegere, ne sui infamia dedecoris proprii in populo divulgaretur et culpa ipsius infortunii eorum imperitiæ atque ignaviæ reputaretur. Cumque idem felix hoc, si dici fas sacrilegium est, celari diu non posset, paulo post proditum est et ubique per latitudinem terrarum proplatum. Fidelis autem supra taxatus vir præ formidine persequentium fugam anxius acceleravit, quominus \* cruentas æmulum manus, Dei miserationis clipeo protectus, evadere sibi licuisset.

\* forte quatenus

Figiacum vocant, ubi cæcus aliquis divinitus illuminatur;

e

B

17 Obtigit siquidem, cum vicum quemdam, Figiacum e vocatum, assidua festinatione immaniter agitatus, idem pertransiret, cæcus quidam, cui jam pridem divinitus in somnis revelatum fuerat, quod in ejusdem sanctæ Virginis transmigratio illuminaretur, adventus item corporis illius, ut a Deo præ sagium hoc percepit, gnarus, audacter id ipsum, lucem diei postulando, petiit, et ut velamen, quo oblitum fuit, tetigit, repente oculorum lumen recepit. Sed non in hoc vero eadem maxima Virgo tantum, quin etiam in aliis pluribus mirandisque signis in transitu a Domino sublata est, quæ propter stili prolixitatem devitamus, et, ut ita dicam, plura per eam fierent, ni terrore portitor nocivo circumcinctus, quo adversantium manus delitisset, sedula fuga ab omni loco præceps abiret.

inde Conchas versus Arinidus cum sacro corpore tendens,

\* opponeretur

C

18 Is autem, qui sanus effectus est, ab ipso sacrarum reliquiarum portitore, qui tanti thesauri damnus cum sui corporis pœna se incasum incurere metuit, præcipue rogatus est, ne subito eum prodere vellet, et qualiter erga ipsum peractæ rei veritas sese haberet, nequaquam diffamaret, quoadusque ad propria perenderet, ne forte alicujus injuriæ offendiculum a quoquam obponeret \*. Sed et hic, qui visus donum accepit, præ gaudio Deum Virginemque laudans ac magnificans, facilis se flagitantis precibus annuit. Hoc namque colloquio finito, servus Christi, quam celerrime potis fuit, ad jam supramemoratum locum, scilicet Conchas, iter intentus omni nisu peregit, qui haud longo terrarum intervallo, sed quasi duodenis usualibus milliariis f ab eodem vico avulsus est.

f  
solemni ritu summaque cum lætitia a monachis recipitur,

\* supplet eum

19 Omnis autem monachorum Conchacensium chorus eum idem sacramenti allator viciniam eorum appropinquaret, audita videlicet adventatione ipsius, procul in occursum ejus spatiabantur, ex congrua processione sanctissimæ Martyri cum cætera fidelium turba obviantes, \* cruce, thuribus, aromatum odore redolentibus, cæterisque divinis obsequiis Virgo beata honore digno, corde jocundissimo, mentemque benigna ab omnibus suscepta est. Post ea quoque præconiorum munia rite religioseque peracta, cum hymnis lætantiarumque canticis rediverunt, et beatissimæ Christi Martyris corpus cum summa honorificentia et gloria in templum, sub titulo sancti ac summi Salvatoris Jesu Christi specialiter dedicatum, intulere, et cum maxima cautela in loco decentissimo sub diligentissima custodia xix Kal. Februariarum die venerabiliter statuerunt; eodem quippe tempore Carolo Minore, Francorum rege, imperante,

quem suæ ditionis principes inique adversus eum conjurantes, a solio regio dejecerunt, et Ottoni, Aquitanorum duci, coronam regni imposuerunt, et illum pro eo regnare elegerunt g.

20 Supradictum vero Translationis diem devotissima Christi plebs pro Virginis veneratione æternaliter sibi celeberrimum et in omni veræ fidei lætitia præcipuum elegit, quem annua observantia universalis terræ illius Christianitas extunc, et modo et in futurum in Dei laudibus, totoque spirituali tripudio, omnigenis deifici cultus ornamentis ornant, atque festivum recolunt h. Ab illo ergo die usque hodie quamplurima populorum multitudo ad limina præfati templi pro sanctæ Christi Martyris reliquiis visitandis creberrime undique conveniunt i, ita ut difficulter, nisi propriis obtutibus pateat, alicui credibile memoratum \* est, qualiter obstitantibus phalangibus adveniunt et redeunt, quos nec interdum apte quantitas monasterii, quamvis nimis magnitudinis in structura sit, capere sufficit, ibidemque lucubrantibus nocturnas ex more cum luminariis exercebant post orationum divinarumque mysteriorum expletiones cum gaudio ad propria remeant.

g  
ac mox frequentes populorum ad sacrum corpus concursus sunt;

h

i

\* an memoratu?

E

21 Cum enim pium et mite monachorum ovile tam populosum barbarum frequentium accessum præ servituti Christi instantiæ sanctique patris Benedicti traditione sufferre non oporteret, ipsique pro gravi molestia et inquietatione popularium crebrum favorem ducerent, in diebus quoque Stephani k, Alvernensium venerabilis præsulis, qui et unus ex solertissimis, ipso consulente, atque summopere instigante, maximæ pulchritudinis basilica ipso monasterio adjungata l, a fundamento post paululum temporis constructa est, in qua sacræ Virginis corpus tumulationi commendaretur, quo facilius aditus cunctis illuc confluentibus illudque visentibus assidue pateret. Oratorii igitur ædificio plenaria machinatione architecti consummato, atque legitima benedictione archimandritæ consecrato, primatibus equidem sapientibusque terræ illius in unum convenientibus, simpliciores dignioresque elegerunt, qui idonei forent ad sanctam Christi Martyrem a loco submovendam, ad ecclesiamque noviter ædificatam cum summa humilitate deferendam.

hinc in exstructam novam basilicam illud transferre

k

l

F  
Conchenses monachi parant, sed irrito conatu;

22 His quoque sublimis meriti viris sollicito animo ad almificum corpus accedentibus, atque omni conamine religionis illud sublevare incipientibus, supremi opificis Christi mirificatione assistente, tanto pondere fixum permansit, ut ad montis cujusdam modum immobile persisteret. Illi profecto, non sat condigne hoc sacramentum attigisse reverentes, in jejuniarum orationumque afflictione constituti, iterumque aggredientes, nec ita operis incepto ad votum provenit. Adulterinum vero adhuc culpæ fragilitatis eorum, ne ad effectum perduxissent, reputantes, diuturnæ rursus parcimoniæ macerationi dediti, tertioque probantes, sed minime labor in actu peragenda rei proficiebat, Ne autem tot famosi atque ardui nominis hujusce monasterii viri, insulsi, sive eorum scientia inepta a quoquam deputaretur, vel neu casu super hac protervia, si tertium aditum transcenderent, ex qualibet parte plecterentur, sacrificium m idem ad prælibatum locum deportare ulterius tentare sese penitus desierunt.

m

23 Deinceps videlicet inceptum suum illicitum et a Dei nutu vitatum sibi cognoscens juxta

qua propter  
corpori super-  
struunt the-  
cam magnifi-  
cam, miracu-  
lis postea cla-  
ram.

A Juxta prædicti sancti ac summi Salvatoris Jesu Christi altaris latus posterius ex omni rutilantis auri gemmarumque coruscantium pompa mirificæ machinæ thecam fabricari conati sunt, sub qua dignissima Virgo obsigillata feliciter in Christo quiescit, ibidemque haud dubio ab innumerabili populo frequentatur. Quæ equidem adeo multipliciter hoc in loco a Domino per meritum insignia mirificatur, ut salutaris illius opera in cunctis languidis, diversisque malis afflictis ostendatur, taliterque cælitus glorificata, quotidie de virtute scandit in virtutem; hujus namque prudentissimæ Virginis egregia gesta atque prodigia, eo quod multimoda, summotenusque perstringi nequeunt, non hic asserenda assumimus, quin potius idcirco, quod scripta sunt, omnino prætermittimus. Sed si quispiam avidus voluminum scrutator est, qui horum notamina adipisci degliscat, Codicem Miraculorum *n* ejus perlegat.

*n*

Elogia

\* suppl. prodigia vel simile quid

B

o

P

24 Quæ lingua, o lector amande, quod pondus elegantiae sufficit sat condigne promere Martyris Christi tam inclitæ? quisve efficax philosophus mille modis carminum expedit ad integrum laudes ejus meritum? Cedat nempe Achademicum o suæ virtuti potens studium; nam omnis ars sophistica *p* non prævaleat exprimerè culmen ejus gloriæ. O per omnia Virgo beata, paradisi incola, Angelorum socia, quæ in carne posita, pectore anhelanti Christum sitisti, cui militatiter pugnando bellicoseque triumphando, hostem devicisti, trophæumque nobile super astra revexisti, et quem sitiens desiderasti, eundem sponsum accepisti. O felix hujus margaritæ meritum, et o magnum atque inæstimabile jam dictum miraculum? hujus anima Dei Filium amplecti meruit in cælis, hujus reliquæ aliunde advectæ, domum, suo nomini specialiter adsignatam, possidere cupiebant in terris, ut misticum hoc non vacaret; quia sicut sponsa in aula siderea Sponso cælesti juncta est in excelsis, ita in ejus habitaculo sibi copularetur in jmis, quo dilecta dilectum nusquam desereret, neque ullus locus dilectionis eorum vacuus constaret.

varia

C Hierusalem supernæ alumna, inter choreas coruscans Virginum, ceu rosa et liliū. O dies veneranda, dies colenda, dies prædicanda, quæ talem florem in hujus mundi protulit lucem. O nimium felix tellus Conchacensis, talis gemmæ adornata pignore, talisque lucernæ, quæ resplendet fulmine, gaude et plaude, compta tali lumine, quod fulget super æthera, ceu sol inter sydera. O decus sublime polorum, corona Martyrum, lampas Virginum, facie renitens formosa, ut stella lucidissima, de thalamo Regis procedens decora, ut admodum rutilans aurora, lætare puella generosissima, pulchritudo enim tua meruit Amatorem Christum, verum Solem, cujus splendor et speciositas cæli superat fulgorem, omnemque astuantis diei serenitatem. Ipsi quoque Ingenito, Filioque ejus Unigenito cum Pneumate Paraelyto honor doxaque *q* compar per immortalia sæcula sæculorum. Amen.

de S Fide,

r

\* l. et hymnus

26 Omnium Alpha *r* Deus, quæ sunt, tibi doxaque limbus\*, Orbis qui globulum finixisti, qui vel abyssum, Pulcher cunctigenis nam cerneris in creaturis, Octobris Tomus III,

Haud secus in Sanctis mirus fulges et enormis;

Pro te virgo Fides sæcli contempsit opima, Flagris, ense, crate, victrix spreto Daciano, Nobile vexillum revehens super æthra triumphali,

Urbs Agenna rosa unda profusa cruoris, Primo fovens corpus, sed post genuit sibi demptum;

Nunc fruitur membris humus his Conchas quoque sacris,

Luciferi et talis radiis micat inclita tellus. Et Jubilat Christo, geminis ter laudibus, Agno,

Qui decus hoc summum meritis concessit eorum.

27 Chere *s* stella, Fides, Superum tu maxima at ineplo vel concinnata vel descripta.

O spes, pompa, salus, virtus, flos, gloria, luxque

Astrifera, quæ cum Domino regnaris *s* in aula, \* an civis? \* an dominaris?

Erige tu mundum precibus, sua noxa caducum *t*...

Quocirca, pia Virgo Dei, succurre pu- *E* sillo

Plasmate morialis sexus is est, quia pulvis, Pondere neu carnis Christi superetur imago.

Spiritus ætherea redeat sed victor ad astra, Pax ubi, perpetua lux et sine tempore vera,

Sceptryger Altitronus regit et qua cælica regna,

Hæc pie nos facias, Rex regum, scandere celsa,

Quo tibi magnifica modulemus laude per ævum;

Hoc Pater, hoc Genitus, hoc Spiritus annuat almus *u*.

ANNOTATA.

a Vide, quæ supra diximus in Annotatis pag. 293, lit. x.

b Adi rursus Annotata ibidem.

c Prodigio adscribere videtur anonymus, quod Aginnenses non agnoverint Arinisdum; at facile fieri potuit, ut personam mentitus sit callidus ille et versipellis homo, et mox se oppido defessum fingens, faciem in terram converterit, ut vix uno momento Aginnenses cultum ejus considerare quiverint.

d Consule Annotata pag. 293 lit. z et aa.

e Vide, quæ de Figiaco diximus in Annotatis pag. 293 litt. aa.

f Minorem utriusque loci distantiam exhibet mappa geographica tom. I Gallie Christianæ auctæ. Verum anonymus noster minores dumtaxat leucas Gallicas designat, vel, computatis viarum anfractibus, loci utriusque distantiam metitur.

g Vide, quæ de epocha translationis in Commentario a num. 40 disputata a nobis sunt.

h Vide in Commentario Bullam Pontificiam Paschalis II a num. 66.

i Adi dicta in Commentario num. 53.

k Consulesis, quæ de Stephano II diximus in Commentario a num. 53.

l Legendum puto adjunctata, quæ vox medio ævo pro juxta posita adhibita fuit. Porro vide rursus dicta in Commentario num. 53 et 55.

m Sacrificium hic, uti et alibi sacramentum, pro re sacra seu sacro S. Fidis corpore sumuntur.

AUCTORS ANONYMO.

at ineplo vel concinnata vel descripta. \* an civis? \* an dominaris?

*E*

*u*

*F*

AUCTORE  
ANONYMO.

tur. Ceterum de frustra tentata hac integri corporis ejus translatione adi Commentarium a num. 54.

n Consule, quæ de hoc, uti videtur, Miraculorum codice disputavimus in Commentario a num. 88.

o Per Academicum studium intelligit artem recte copioseque disserendi. Forte anonymus noverat illud Ciceronis: Ego autem fateor, me oratorem, si modo sim, aut etiam quicumque sim, non ex Rhetorum officinis, sed ex ACADEMIÆ spatiis exstitisse.

p Vide Annotata pag. 294, lit. h.

p Id est, et Spiritui Sancto honor et gloria.

r Alpha, id est, principium juxta illud Apocalypseo cap. 1, v. 8: Ego sum Alpha et Omega, principium et finis.

f Chere a voce Græca χαιρε pro salve, ave, adhibet anonymus.


t Quinque versus, qui in apographo nostro subsequuntur, vel anonymi inscitia adeo male tornati et impleti, vel descriptoris vitio adeo luxati ac detorti sunt, ut nulla ratione ad metri syntaxosque leges reduci a me quiverint. Quapropter eos hic ommittendos censui, et vel ideo præsertim, quod nihil notatu dignum indicare videantur.

B

u In fine apographi nostri ponitur oratio, quæ uti arbitror, eadem est, quam Tillemontius tom. IV Monum. eccles. pag. 753 Nota A satis pulcrum vocat. Integram hic subdere visum est, quod non parum ad Posthumam S. Fidis gloriam faciat, et miraculis jam nunc edendis fidem etiam conciliet. His verbis concepta est: Sancta et benedicta Fides, virgo preciosa et martyr gloriosa, honor cæli, decus paradisi, cælestis Hierusalem margarita, Christi sponsa, dulcis ac dilecta Dei amica, quæ, postpositis sæcularium voluptatum illecebris, Christum tantum concupisti, sitisti, desiderasti, nec unquam desiisti, donec per martyrii gratiam ipsum invenisti, nunc habes, nunc tenes, nunc vides, quem desiderasti, visoque sine fastidio satiaris. In illo delectaris, illum amplexaris, sub umbra illius, quem desiderasti, sedes, et fructus ejus dulcis gutturi tuo. Illi vox tua dulcis et facies tua decora. Ipse tibi imperat ut ancillæ, sublimat ut reginam, fovet ut filiam, coronat ut amicam,

C

valida ut mors, vestra fuit dilectio. Et quomodo majorem hac dilectionem haberetis, quam ut pro invicem animas poneretis; et ideo indissolubili modo nexa, totiusque felicitatis plena vestra est caritas, spirans odorem æternæ vitæ. Oramus ergo te, inclita et cælestis femina Fides, quam post incomparabilem et deificam Dei Genitricem Mariam pene omnibus sanctis Virginibus miraculorum præferunt insignia, ut nobis peccatoribus in præsentem vitam subvenias, atque apud piissimum Redemptorem tuum, cui in hac vita placere studuisti, et in quem nunc et semper inter angelos cernere cupis, peccatorum nostrorum veniam impetres, et in supremo judicii die venturi Judicis iram tuis sanctis precibus in maximam lenitatem ac bonitatem contra nos miseros convertas. Quatenus ab æternis gehennæ incendiis liberati, et Beatorum consortio conjuncti tecum feliciter æternare mereamur in cælis. Amen.



D

## MIRACULA,

Auctore Bernardo, Andegavensis scholæ magistro, conscripta a.

Ex antiquo Ms. reginæ Sueviæ, signato 744, partim collato cum editione Labbeana tom. II Novæ Bibliothecæ Mss. a p. 531.

## PROLOGUS AUCTORIS b

Collatus cum editione Mabilloniana tom. IV Annalium Benedictinorum E pag. 703.

Sanctissimo atque hominum doctissimo Fulberto c, Carnotano episcopo, Bernardus, scholarum minimus, summæ beatitudinis donum. Cum dudum Carnoti vestra sincera conversatione fruerer, accidebat crebrius, ut vel scribendi causa vel orandi S. Fidis martyris, quæ extra muros ejusdem urbis sita est, ecclesiolam adirem d. Qua de re memini, nos aliquando inter confabulationis colloquia incidisse in mentionem S. Fidis miraculorumque ejus, quæ in loco Conchacensis \* cœnobii, ubi sacrosanctum corpus illius veneranter excolitur e, omnipotentis Christi munere \* fiunt assidue. Quæ quia partim vulgari fama celebrari videbantur, partimque \* inaudita habebantur, haud aliter, quam inanis fabulæ commenta a fide rejiciebantur. Et tamen \* cum, quod verum erat, per voluntatem Dei silere \* non poterat, verique opinio pene per universam Europam jam discurreret, paulatim subiti mihi in corde tacita et oblivionis impatiens cogitatio, uti ipsum sanctæ Martyris habitaculum eadem \* studio discendi adirem. Postremo adeo res rediit huc, ut voti inde facti tempus diemque, ne daretur oblivioni, in manuali codicello notaverim f.

2 Interea causa exstitit, quæ ad urbem Andegavum \* ab ipsius urbis episcopo g exoratus transmigrarem, ubi fere per triennium per inanes nugas, ut verum confitear, tempus studii conterens, excessi terminum voti \*; quippe bonam opportunitatem expectabam, quæ, succedentibus multiplicis curæ occupationibus, adeo me falsa expectatione reddidit delusum, veluti piscis intra linea claustra captus, quo magis expediri conabar, eo gravioribus malis implicarer. Tandem vero ne sub specie \* adversitatis desidiæ meæ viderer consulere, cum etiam occultos et pene inextricabiles diabolica fraude mihi persentiscerem \* parari laqueos, prorsusque arte inimica a cæptis cogitantem de bonis absterri, postpositis repente rebus, ad desideratum glo-

Quæ fuerit sibi data occasio scribendi miracula S. Fidis, c

d

\* Mabil. Conchacensis

e

\* Mabil. omnipotentia Christi

\* Mabil. partim quia

\* Mabil. Et tum

\* an sileri?

F

\* Mabil. eodem

f

et quo modo eorum veritatem indagavit,

\* Mab. Andegavensem

g

\* Mab. excessi tamen voti

\* Mabil. sub spem

\* Mabil. presentirem